



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

92 In corrupta iustitia esse v. Sig. 1 & de muneribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

victor captum se sensit, & præter animi sententiam  
vrbi parcere coactus fuit, & salus Verbis vici  
menti beneficio constitit, ait Val. lib. 7. c. 3.

## SIGNVM XCII.

IVSTITIAM PROSTRATAM  
omni tempore erigere.

Celebri,  
incorrupta  
esse iustitia.

Vide fig-  
num 94.

à Tribus  
dicebantur  
Tribunalia.

Vide Thea-  
trum,  
Triumphū.

1. Iudicabat *Samuel* Israël cunctis diebus  
tæ suæ. 1. Reg. 7. v. 15. 16. 17.
2. *Moyse*s ab initio congregato populo tam  
iudicabat certo tempore, & non continuo, do-  
nec, ex consilio Iethro, prouidit de omni iude  
viros sapientes & timētes Deum, in quibus erat  
veritas, & qui oderant auaritiam, Tribunos, Co-  
turiatores, Quinquagenarios, & Decanos, ut  
iudicaret populum omni tempore facilitate  
minantes, grauiora sibi reseruans. Exod. 18.
3. *M. Antoninus Philosophus* 230. dies rebus  
dis litibusque disceptandis constituit. Ind. Ca.
4. *Iosaphat Rex Iuda* laudatur, quod constituit  
Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda tam  
per singula loca, & in Hierusalem constituit  
iuitas & Sacerdotes, & Principes familiarum  
Israël, ut iudicium & causam Domini iudicarent  
habitoribus eius. Iudicibus autem & Magistra-  
tibus à se constitutis præcepit: Videte quod iudi-  
catis: non enim hominis exercebitis iudicium, sed  
& quodcumque iudicaueritis, in vos rediet. (1. Par.  
19. v. 3.) Cùm, inquam, Iosaphat iudicium  
turbata, numine placando restituere vellet, ho-  
cētis Iudicibus dixit: Domini eos iudicium  
causam

acturos, vt intelligerent, se Dei vicarios constitutos, & præ oculis haberent, quid in omni deliberatione Diuino Numini maximè placeret.

5. Multi Rerump. moderatores Tribunalia ædibus sacris coniunxerunt, vt admoniti religione, Deique reuerentia, Iudices, & litigantes, Numinis saltem metu, in officio continerentur.

6. In Gallia sanctissimus mos seruatur in Tribunalibus maioribus, vt ante Curia ingressum, & soluta Curia Missæ Sacrificium publicè offeratur, & Iudex mortuorum & viuorum, Iustitia ipsa, & Iustitiæ auctor incorruptus adoretur. *Vide signum 31.*

7. *Augustus Cæsar* in eligendis iustitiæ Præfectis circumspectissimus, & in præscribenda illis gerendæ Reip. forma diligentiss. fuit, non solum quæ faciendæ forent, dicens; sed etiam quæ fugienda monens.

8. *Alphonsus Arag. & Sicilia Rex* Præsides Provinciarum ac Iudices omnes admonuit, ne quod Decretum, aut Rescriptum à se factum seruarét, nisi quod iure & honestate niteretur: interdum enim aut importunitate postulantium, aut ignorantia rei fieri, vt quippiam contra iuris sanctionem emanet, (*Panov. li. 2. de rebus gestis Alph.*) *Vide de* Idem eos Principes, qui iustitiam non colerent, *Legibus.* perfimiles sibi videri dicebat ijs, qui morbo caderent comitiali, cum iustitia sit quasi cibus & numerimentum vitæ.

9. *Iacobus Almanzor Africa & Hispania Rex* throno suo inscribi iussit. 1. *Iustitia* primum in Rege tenet locum. 2. *Charitas* diuitibus maximè conuenit. 3. *Patientia* pauperum est propria. 4. *Castitas* est præcipuum iuuentutis ornamentum.

5. *Mun-*

5. *Mundi contemptus* est apud sapientes. 6. *Pulchritudo* est vnicum muliebris sexus decus. *Rex sine iustitia*, est quasi nubes sine pluuia. *Diuus* charitatis expertus, est similis arbori infrugifera. *Pauper impatiens* est instar fluminis aqua carentis. *Iuuenis* in quo non est castitas, est tanquam lucerna sine lumine. *Sapiens*, qui mundum non habet contemptui, est ceu sterilis ager. *Mulier sine pudore*, est veluti cibus sine sale.

10. Narrat Herod. lib. 3. (Val. lib. 6. c. 3.) Prædem Sisamnem, qui pecunia corruptus, inuitam sententiam tulerat, interfectum à Cambyse, à toti corpori cutem detractam, quam inuitam Tribunali: postea filium Sisamnis Otanem in sede collocavit, ac iussit eum intuentem patris exuias iuste iudicare, ne simili supplicio adhiberetur. Notent hæc, qui iuris nodos, & Legum nigmata soluunt. Nam: (Iuuenal. Sat. 8.)

*Gens sine iustitia, sine remige nauis inuita est.*

11. *Alexander Seuerus Imp.* tanta fuit æquitas, vt nullas vnquam sanciret leges, nullam Constitutionem sacraret, sine viginti iuris peritissimis, & doctissimis, ac sapientissimis viris; in in vlla re iudicium ferret, quin prius iret per sententias singulorum, & scriberetur quid quisque dixisset. Cùm de iure aut negotijs tractabat, solos adhibebat doctos, & disertos: si de militari, milites veteres & senes. Si vnquam bellum vidisset Iudicem, paratum habebat dignum, vt illi oculum exueret: tanto odio prosequuntur Iudices, qui furtorum fama laborassent, vt si eos casu aliquo videret, commotione animi choleram stomacho euomeret, toto vultu contumeliosum.

descente. Idem clamabat sapius, & per præconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*: eamque sententiam vsque aded dilexit, vt & in Palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. *Baron. Anno Christi 224.*

(Apud Virgilium, *AEneid. 6.* Ixion rotæ implicitus apud inferos assidue clamat:

*Discite iustitiam moniti, & non temnite Diuos.*)  
 n. *Fridericus III. Imp.* cum Ladislaum Hungaræ ac Bohemiæ Regem educaret, non defuerunt, qui perdendum suaderent puerum, cuius vita ingentes molestias, Cæsari, mors regna & opes maximas allatura esset. Ad quos ille: *Ergo me*, inquit, *spulentum magis Regem, quam piū, quam iustum cupiu.* At ego *iustitiam bonumq; nomen diuitijs, cunctiq; rebus antepono.*

13. Ad *Rodolphum Imp.* cum quidam venisset, qui Othaccarum Bohemiæ Regem, atrocem hostem, in venatione se occisurum promitteret, si factio præmium esset: *Rodolphus: Esti non hostis est Othaccarus*, inquit, *non tamen id efficiet, vt iustitia & moderationis fines transeamus.*

(Vide *Valer. Max. lib. 5. cap. 5.* & *Cic. 3. de Offic. & Gell. lib. 3. cap. 8. de Iustitia Senatus Romani.*)

14. *Antiochus III. Asia Rex*, omnibus Regni sui vrbibus scripsit: Si quod in litteris, quæ eius nomine scriberentur, esset, quod legibus aduersum videretur, crederent ignaro se eiusmodi litteras scriptas fuisse, & propterea eis non parerent. Sanctissimum profectò verbum, & quod iusto Regi maxime conuenit: vt quemadmodum ipse

ipse populis præest, ita ipsi Leges atque æquitate præesse intelligatur.

15. *Valentinianus Imp.* subinde dicebat: *Principe in primis curam iustitiæ fligitari.* Zonar. lib. 9.

16. *Philippus, Herodis Antipæ frater,* quoties domo progrediretur, iter cum paucis selectis comitibus faciebat, subsequente sella, in qua reddere solebat: ac si quis ex occurso opem imploraret, sine dilatione, mox sella postredens, causam cognoscebat, aut fontem daturus, aut absoluturus innoxium. *Ioseph. lib. 3. cap. 16. Vide Signi 79. Exemplum 11.*

17. *Tiberius Constantinus* iam moriturus, *Belisperium* Mauritio genero tradens dicebat: *Pro eo (Imperio) feliciter, in mente habens, æquitate ac iustitiam præcipua esse optimi Principis iustitia.* *Aimon. 3. de gest. Francor. cap. 35.*

18. *Ferdinandus Casar* crebris illud versus sermonibus: *Fiat iustitia, aut pereat mundus.* quidem tam lectione, quam vsu didicerat, nec sine iustitia consistere non posse: & legitur tunc apud Augustinum, 1. de Ciuit. Dei, *unum quorum columen eam appellari.* *Laurent. Poop. Symb. 1. rpp.*

19. *Ægyptiorum Reges Iudices* ad iudicandum (iureiurando) adigebant, ut si quid petquerentur, vel iudicarent, *Diod. Sic. Ve de iustitiano, Valente, & Theodosio sancitum est, ut Iudices habeant rationem Rescriptorum, si contra Leges imperentur, addita ratione, quæ sæpe in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione Principes constringuntur, ut etiam concedenda tribuât.* *l. 1. C. de petit. bon. sub. lib.*

(Antiochi Exemplum, vide in loco de Legum  
 obseruatione. Vide Signum 92.)

20. *Andronicus Comnenus, Imp. Byzanti,* nullo  
 discrimine, nobiles, aut nouos; tenues, aut diui-  
 tes; suos, aut alienos, solitus est culpæ conuictos  
 damnare: in his Theodorum, quendam è suis cha-  
 ris, quem agricolæ detulerant, diuertisse apud se  
 cum seruitijs, nec in discessu quicquam soluisse.  
 Imp. hominem statim corripit, fuste duodecies in  
 publico cædi iussit, tum agricolis damnum largi-  
 ter rependi.

Scripsit idem ad Præsides, & Magistratus: *Aut  
 iniurias, aut vitam relinquit: nam vos iniuste a-  
 gere, & viuere, nec Deo gratum, nec mihi eius  
 ministro ferendum est.*

21. *Leo Armenus, ibidem Imp. cum Palatio di-  
 gressus, adiretur à tenuioris sortis homine, qui  
 uxorem suam diceret à Senatore raptam, siupra-  
 tamque, & id se facinus ad Præfectum detulisse,  
 nec ius adhuc sibi dictum. Leo confestim manda-  
 uit, vt reuerso sibi actor, reus, Præfectus siste-  
 rentur. Quos deinde auditos, cum noxæ reum,  
 negligentia Præfectum comperisset, hunc digni-  
 tate, illum vita exiit.*

22. *Gregorius Pontifex epist. 4. lib. 1. ad Petrum  
 Diac. scribit: De his, quæ tibi pro seruanda iusti-  
 tia scribo, ego absoluo; & tu, si negligis, obliga-  
 ris. Terribilem Iudicem considera, & de aduentu  
 illius nunc tua conscientia contremiscat, ne tunc  
 sine causa iam timeat, cum coram illo cælum &  
 terra tremuerit. Hæc tanta cum energia Grego-  
 rius, quod sepe ministri, qui fideliores videri vo-  
 lant, vt in arcam Ecclesiæ quid inferant, cuncta  
 extorquent, & extorquent; corradunt, & corro-  
 dunt;*

M m

dunt; sacrificium se Deo magnum offerre potest, sed de rapina minimè Deo gratum: quia Sicut ait: cap. 34. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Ab his longè abesse voluit suos magistros Gregorius.

Certè iustitia Magistratui ad tuendam civitatum salutem summè est necessaria. Ad Magistratum enim confugere, est ad ipsum ius ire, cum ius quoddam sit animatum, & lex loquens. (*Arist. Ethic. 4. Cic. 3. de leg.*) Atque hanc ob causam maximè Reges sunt creati, constitutæ civitates, ut Resp. ut suum quisque teneat, neq; honorum diminutio vlla fiat. (*Cic. 2. de Offic. Osor. lib. 4. Inst. Regis.*) Hinc Hesiod.

*Hæc vna Reges olim sunt sine creati,*

*Dicere ius lafis, iniustiq; tollere factæ.* Civitas enim premeretur inops multitudo ab his, qui maiores opes habebat, ad vnum aliquem contugentem virtute præstantem, qui cum prohiberet iniurias, minores æquitate constituenda, summos conparatim pari iure retinebat. (*Cic. 2. de Offic.*) Ut ignis quæcunque admoventur calefaciens, ut primùm innata sibi vi calet: nix contra sequestrata frigida, & alia frigida reddit: sic debet Magistratus ipse plenus iustitia esse debet, si ius administraturus est: (*Philo lib. de iudice.*) Iustitia sine Prudentia nihil prodest, sic iustitia nihil valet Prudentia. (*Cic. 2. de Offic.*) hæc vulnera populoi, comprimunt omnes in pacem & otium cum dignitate constitunt, ut Reip. firmat: (*Osor. ibid.*) efficit, ut Magistratus à subditis amentur: (*Plut. in Aristide.*) laudentur & commendentur: quia nihil laudabile, nec



erum, sine Iustitia. Idq; eò magis, quòd maxi- <sup>† Cic. 3. de</sup>  
 ma ingenia plerumq; Iustitiæ obliuio capiat, cum <sup>Offic. Xe-</sup>  
 in Imperiorum, honorù, gloriæ cupiditatem in- <sup>noph. 3. de</sup>  
 cidunt (Cic. 1. de Offic.) Adhæc licet etiam hono- <sup>Cyri exped.</sup>  
 rentur fortes, sint sapientes admirationi: tamen <sup>Vide fig-</sup>  
 his maximè fidè habere homines solent, qui iusti <sup>num 87.</sup>  
 sunt. (Plur. in Cat. Vtic.) Quin & sac. litteræ iusti-  
 tiam maximè in Magistratu requirunt. Deut. 16. Iu-  
 dicare iustè, nec alter à in partem inclinare. Diligi-  
 te iustitiã, qui iudicatis terrã. (Sap. 1. v. 1.) Abomi-  
 nables Regi, qui agunt impiè: quoniam iustitia fir-  
 matur solum, (thronus Regius.) Voluntas Regũ la-  
 bia iust: qui recta loquitur, dirigetur. Prou. 16. v.  
 13. Rex iustus erigit terram: Rex, qui iudicat in ve-  
 ritate pauperes, thronus eius in æternũ firmabitur.  
 Prou. 29. v. 4. 14. Portare subditos in sinu suo iu-  
 bent, sicut portare infantulũ nutrix solet. (Num.  
 11.) Docent etiã (Eccli. 10. v. 8.) neglecta iustitia re-  
 gna amitti, & ex vna gète in aliã transferri. Hinc  
 S. Hieron. 4 Regũ proprium est facere iudiciũ &  
 iustitiã, & liberare de manu calumniantium vi- <sup>a in cap. 22.</sup>  
 oppressos, & peregrino, pupilloq; & viduã, qui <sup>Terem.</sup>  
 facilius opprimuntur à potentibus, præbere au-  
 xilium. Et S. Augustinus, b Remota iustitia, quid <sup>b de Ciuit.</sup>  
 sunt Regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa la- <sup>lib. 2. c. 4.</sup>  
 trocinia quid sunt, nisi parua Regna? Et S. Grego-  
 rius ad duos Frãciæ Reges lib. 7. epist. 120. Summũ  
 in Regibus bonũ est, iustitiã colere, ac sua cuiq;  
 iura seruare. Per iustitiã scelera & flagitia remo-  
 ventur, virtutes promouètur. Boëtius, 1. de Consol.  
 Philos. ait: Annũ bonum, non tam de magnis fru-  
 ctibus, quàm de iustè regnantibus existimandũ.  
 (Prou. 17.) Abominabilis apud Deũ, qui iustificat  
 impiũ, & cõdemnat iustũ.) Sine iustitia Rẽp. haud  
 M m 2 diu

diu stare, vel administrari posse, sic docet Cicero, in *Frag. lib. 2. de Repub.* his verbis: Vt in scribis, ac tibijs, atque cantu ipso, ac vocibus, concertus est quidam tenendus ex distinctis sonis, illi concertus ex dissimilimarum vocum moderata concors tamen efficitur, & congruens: sic in

*Iustitia mater concordia.*

vt sonis, moderata ratione ciuitas consentanea similimorum consistit: & quæ harmonia à Musicis dicitur in cantu, ea est in ciuitate concerta, quæ sine iustitia nullo pacto esse potest. Hinc Plutarcho (2. de Leg.) iustitiam vocat *ἡμῶν* fulcrum ciuitatum. Aristoteles, 5. *Ethic.* præclarissimam omnium virtutum. Idem asserat, 1. *Polit.* 2. Nullam ferarum fraudem esse tantam, nullamque malitiam, quæ possit cum eius malitia concors esse, qui semel legem iustitiamque contempserit.

Iustitia stabilem facit Reip. statum: quæ præ dignitate præmia cuique tribuit; efficit, vt ea sua sunt quisque obtineat: in bonorum distributione est diligens, nec admittit, vt per vim debeat: tanta eius vis est, vt nec illi quidem, qui male ac scelere pascuntur, possint sine vlla parte iustitiæ viuere. (Cic. 1. de Offic.) Ipsa etiam homines infestissimos amicos reddit, & perinde vt magnetes ferrum attrahit. Hinc *Aristides* ille *Atheniensis*, ob insignem iustitiam, Græcorum felicior dictus: quæ eum tulit ætas, est aurea appellata. *Plut. Tratarus imp.* ita charus extitit, vt quæ post Imperator crearetur, fausta acclamatio illæ audirentur: *Sis felicior Augusto, melior Traiano.*

Sunt contra Deo & hominibus amicitia

re puniuntur graniter, qui leges ferunt iniustas, ut pauperes in iudicio opprimant, & vim faciant causis humilium: (Isa. 10.) Ob iniustitiam Pharaonis

*Tob 24.*

perijt: (Exod. 14.) Saul seipsum gladio interemit: (1. Reg. 31.) deuorata à canibus Iezabel fuit: (4. Reg. 9.) Herodes à vermibus consumptus est.

*Vide de Crudele.*

1. *Agesilaus Rex* sciscitatus vtra virtus esset praestantior, Fortitudo, an Iustitia? grauitur respondit, fortitudinis nullum esse usum, nisi ad sit iustitia; quòd si omnes essent iusti, nihil opus fore fortitudine. *Plat. Stob. serm. 7.*

*\* 1. 12. Vide de Bello.*

2. *Philippus Rex* quendam ex Antipatri amicis in Iudicum numerum adscripserat, (in album retulerat,) verum post, vbi cognouit illum peccanda potius & ornanda caesarie, quàm legendis libris occupari, tingere etiam barbam & capillos, submouit eum, dicens: *Qui in capillis fidus non est, is in rebus gerendis non videtur dignus cui fidatur.* Fuco utebatur in tingendis capillis, vbi non multum erat lucri, ideo multo magis vsurus Regi videbatur fuco in publicis negotijs, vbi dolus interdum ingens adfert emolumentum. Quia praecipuam oportet esse curam Regum, vt cognoscendis causis viros praeficiant incorruptos, apud Philippum nec Antipatri tantum valebat autoritas, quin suspectum è Iudicum ordine moueret: adeò certè Iudicem in iustitia administratione occupatum esse oportet, vt capiti peccando orium non superfit.

*† Plus in Vita Cato. nis Minoris. Vide exemplum 10.*

3. Rectè ergo Aegyptiorum Reges iurciurando Iudices astrinxerunt, non se iniquè quid iudicatos, etiamsi Rex illud imperauerit. †

4. Apud eosdem Aegyptios Iudicum statum absque manibus, Principum ita constituiebantur, vt ab

M m 3

vt ab

vt ab illorum collo suspensa veritas propèderet, ipsi oculis essent paulo minus clausis, librorum vndique cumulo circumiecto, vt ostenderent veritatem duntaxat esse spectandam, leges et libris cognoscendas esse. (Diod. lib. 1. c. 4. Cal. lib. cap. 19.)

5. *M. Aurelius Imp.* ad Pollionem scribit: Nō decebat Romæ Censores iniustos esse. Nihil enim magis Remp. pessundat, quàm si lance Iudex non æqua erga cunctos vtatur.

6. *Persæ* consueuerunt ei, qui ex Regijs liberis natu maximus erat, quiq; in spem Regni educabatur, cum alios ad virtutis magistros dare; tum vnum in primis à quo iustitiam doceretur. Censebant enim iustitiam primas in Principe patriam tenere, cum ab illo, ceu fonte quodam, in ceteris sit deriuanda. *Xenoph.*

7. *Padalios*, Indicam gentem, in sacris publicis nihil aliud à Dijs, quàm iustitiam petere solent ferunt, quòd, eam si consequerentur, affatum bonorum omnium putarent fore. *Iolan. Dabru.*

*Muretus  
Orat. 6.*

9. *Hist. Bohem.* Rectè: nam Hesiodus multis vrbibus percenset ea bona, quæ à Deo tribuantur cultoribus iustitiæ; contraq; eas, quæ ab iniustitia ciuitatibus inferuntur calamitates. Illorum lætas vrbes florere populis, nunquam bello, nunquam fame, nunquam alijs eiusmodi pestibus affici: hos & fame, & peste, & bello, & alijs innumerabilibus malis iniustitiæ poenas dare. *Hic Leo Eurycratidis filius sciscitanti, in qua demum ciuitate tutò habitare liceret? In qua iustitiam geret, inquit. Plur.*

Accellit Totilæ Regē Gothorum Calaber quidam, inculpauitq; è Satellitio eius militè filia sua

per vim compressa. Totila statim in vincla hominem dat, poenas sumpturus, quas tamen milites ramorantur, miseratione, an cupidinae similis licentia: atq; agmine adeuntes, petunt dimitti & sibi donari comilitonem notę virtutis, & facinorum claru. Totila auditos acri oratione castigat: Quid agitis parum prouidi, aut vobis vultis? Sine iustitia rem ciuile aut militare, stare non posse, scitis vos Theodahadas Rex docuisset debuit, qui pretio, aut gratia eam largitus, quas clades ipse passus est, & per eum gens Gothorum? Nunc me rege & illa reuixit, ac statim caput sustulit vetus illa gloria nostra ac fortuna, & vultis illa & hac iterum (nexa ea sunt) corruere ac labi? Quo autē pretio: vnus ē vulgo scelus admisit, & placet gentem totam luere, & vos venire, strenuos & integros, in communionem noxę? Nā venitis, & assident inter se, ac penē paria sunt, delinquere, & tueri delinquentes. Paria? imō maius hic peccatum est, viā aperire & struere peccaturis. Sed de vobis vos videritis milites, ego alta voce & corde proclamo: *Non feram, & si ferre vultis, me auferre. Ecce corpus & pectus.* Moti sunt, & animos ponunt, rem ei permittunt, qui hominem carcere eductum audit, & capitis damnat: damnati bona vitia velut in dotem donat.

9. Idem Rex, teste Procopio *de bel. Goth. lib. 3.* dicebat Gothos suos ob iniustitiam esse ab hostibus superatos, etsi virtute, multitudine, ceteroq; belli apparatu, hostibus essent maximo intervallo superiores, docuitque ex iustitię cultu à Deo rependi victoriam. Quod aded verum est, vt etiam si à parte aduersa stet pietas, veraque religio, nihil ob id erga illos propensior sit

Diuina Clementia, si peccata reliqua adfint, imo magis in eos vindictam exerceat, qui cum contemnantur se nosse Deum, factis tamen negant, posterioraque infidelibus scelera patrant. In eius sententiam Apostolus, præco cælestis Edicti, proclamat: (Rō. 2.) *ira & indignatio omni operanti malum; iudæo primùm & Græco. Cuius dæo primùm & Græco?* quia prius ad supplicium aduocatur, qui acrius deliquisse noratur: & clementia Domini (Luc. 12.) grauioris est culpa, qui qui scit voluntatem Domini, & non facit, vixit qui multis, præ alijs, sit afficiendus plagis. Et in causa interdum cogitur Deus (si ita dicere audeat) aduersus nequissimos Christianos fauere gentilibus, & ad plectenda Catholicorum facinorosa propitio vultu ad castra respicere Ethnicorum, & ijs uti ad puniendos illos nefandorum criminum reos. Esaiæ 10. *Virga furoris mei assur, libaudi, ad infligenda Iudæis verbera. Vide hanc Tom. 7. Anno Christi 547.*

*Cui infideles aduersus fideles ali- quando præualeant.*

## SIGNVM XCIII.

*Non esse acceptam personam.*

*προσαπολαΐαμ, SEV ACCEPTIO personarum à Politicâ iustitiâ administratione, tanquam pestem remouere, & tanquam pauperum, quàm diuitum curam habere.*

Quibus virtutibus ornati Iudices, alijque Magistratus esse debeant, Moyſis sacerdos fuit. Cùm enim generum accusaret, quod in populi lites solus cognosceret: *Delige, inquit,*